



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. I. Prænotantur quædam circa actuum moralitem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

# DISPUTATIO LXXXIX.

*De bonitate & malitia humanorum actuum.*

**V**AE de humanis actibus dicta sunt, ad Physicam ferè eorumdem entitatem pertinent: nunc ergo de esse eorum morali agendum: quæ quoctio utilior multò est, utpote ad regulandos mores, totiusque humanae vite, & conscientie regimen apprimè conducens. Quæ verò S. Thom. hic, q. 7. 8. 9. & reliquis usque ad 18. de voluntate tractat, ut quidnam sit illius obiectum, quo pacto moveatur ab intellectu, qua denique ratione intendat finem, an moveri possit ab appetitus sensitivo, & alia hujusmodi, & philosophica sunt, & à nobis in libris de Animâ fusa tractata. His itaque omisssis, de illis hic agemus quæ tractat S. Thomas quæst. 18. de bonitate scilicet & malitia actuum humanorum in genere, quæ & difficiliora sunt & hujus loci propria.

## SECTIO PRIMA.

*Premittuntur quedam circa actuum moralitatem.*

**L** **M**orale &  
liberū idem  
placit satis.  
  
**N**OTANDUM imprimis cum Salas hic, tractat i. d. 4. sect. 1. Cajetano & aliis contra Molinam & quosdam recentiores, morale idem esse quod liberum, ac proinde nullam dari libertatem physicam, quæ non sit etiam moralis, ita ut actus hoc modo procedens, sit ex genere suo capax laudis & vituperii, utpote cum sufficiente ad hoc deliberatione factus. Unde quicquid dicant aliqui, qui in pueris & amentibus volunt esse libertatem physicam, quamvis non sit moralis, haec tria inter se in hominibus convertuntur, actus liber, moralis, & humanus, seu humano more procedens. Quod expresse docet S. Thomas hic q. 1. art. 1. afferens actiones humanas esse eas, quas cum dominio & libertate exercemus. Hæc etiam videtur aperta mens Aristotelis 3. Ethicorum, cap. 4. & 5. ubi ait electionem minus latè patere spontaneo, quia spontaneum, inquit, cum pueris & reliquo animalibus communem est, electio vero minime: per electionem autem intelligit actum liberum, qui ad productionem sui consultationem aliquam requirit.

**H** **Q**uare requiriunt ut a-  
dū aliquis  
conferatur  
et libet.  
  
**A**d alium  
moralē non  
est necessa-  
riū, ut quis  
in actu signato  
actionē concipiāt  
et moraliter  
bonam.

apprehensiones, ad has autem non requiritur, ut longo quis utatur discursu, sed sufficit sola objecti apprehensio & representatio, cum libertas, etiam brevissimo tempore, immo uno vel altero instanti exerceri possit.

**O**bjetit aliquis: homines interdum artes, quas sibi didicerunt, exerceant infani, nent, texunt, &c. appre-  
**H**omines in-  
variaque fabrorum opifica tam fabrè faciunt, ut  
nemini quantumvis mentis compotì hac in parte  
cedant: hec verò sine aliquo discursu, & conse-  
quenter sine libertate non videntur præstare eos sibi.

**S**ed contrà: videmus etiam textrices araneas, aves nidos, apes favos, ac mellis loculamenta, summo veluti artificio fabricantes; his ergo aliisque brutis animalibus discursum ineffe dicant, & libertatem. Quod licet Cajetanus & Molina i. p. q. 14. art. 13. d. 2. aliique nonnulli concedant, est tamen contra communem omnium propterum Philosophorum, tum Theologorum sententiam. Hinc Aristoteles 3. Ethicorum, cap. 2. Aristoteles. Quod, inquit, sponte sit, ad plura se extendit: est enim & pueris, & animalibus ceteris nobiscum commune, electio vero non est communis. Ideo docet S. Gregorius Nyssenus lib. 5. Philol. cap. 4. Sanctus etiam Joannes Damascenus lib. 2. de Fide, cap. 24. ubi sic habet: Sed ne illud quidem nos praetereat, quod pueri & bruta sponte quidem faciunt, at non item ex electione: hoc est liberum.

**V** **A**d argumentum itaque dico: et si amentes interdum artes alias summa dexteritate, & promptitudine exerceant, sicut & fides pulsant, hoc tantum & liberum nullam nunc in iis arguit libertatem, aut tate acquisitionis discursum, sed quod haec aliquando haberint. sicut possunt Artes igitur, quas olim per discursum & libertatem didicerunt, postea acquisito jam habitu, sine certi libertate excent, quod etiam nonnullis in somnis contingit; facilius namque est artem aliquam, ad cuius perfectionem longo usu & exercitatione quis pervenit, postea exercere, quam eandem primò acquirere.

**VI** **C**oncludo itaque cum Soto, Durando, Salas libertatem hic, tract. i. d. 4. sect. 1. & favere videtur Val- non suppo-  
quez hic q. 18. art. 1. & alii: Concludo, inquam, sit, sed in formaliter moralitatem non supponere libertatem, sed in ea ter consitit, formaliter

formaliter consistere, ac proinde omnis actus liber est moralis, & econtra: si enim actus sit imputabilis ad premium vel poenam, seu capax laudis ac vituperii, moralitatem certe aliquam habere debet, quam non habet actus necessarius, & consequenter liber sit necesse est: actum autem liberum, esse etiam moralē, jam ostensum est. Non tamen nego, quin in quibusdam actibus, <sup>se habet materialē</sup> etiam non liberis, sit naturalis quedam bonitas & malitia, quemadmodum & in actibus externis, qui nihilominus, non sunt formaliter & immediatè morales, licet materialem aliquam malitiam ratione turpidinis in se contineant, sicut alii actus materialem bonitatem: de quo postea recurrat sermo.

VII.  
Prūfira quis  
rem hīc  
fūsiū dīscute-  
ret.

Hæc de presenti difficultate abundè sufficiunt: quare, ut recte P. Arriaga hīc, Disp. 14. sect. 1. num. 1. mirum est nonnullos tam fūsam hac de re disputationem instigare, cùm res non tanti momenti sit, ut quisquam ejus discussione dūtiū innoveret.

### SECTIO SECUNDA.

#### In quo bonitas & malitia humano- rum actuum constat.

I.  
Mīra inter  
antiquos ha-  
bitat in re dif-  
fēs.

**H**is ergo positis querimus in quo sita sit bonitas & malitia actuum humanorum, seu quid illud sit, in ordine ad quod objectum, vel actus rationem boni aut mali desumat. In quo multum inter se variant auctores, præsertim antiqui: & in eo præcipue sita videtur difficultas, ut videntur circulus, quem incurrint aliqui, à quibus dum queritur, cur volitus furandi sit mala, respondent, quia furtum ipsum est malum, & in objecto quedam relucet inhonestas, qua refunditur in actum: si verò ulterius ab iisdem quæras, cur furtum sit malum, respondent, quia oritur à voluntate mali, si enim ab aliâ voluntate oriretur, actio ipsa furandi non esset mala: & idem suo modo affirmant de actu & objecto bono.

II.  
Rejicitur  
motus boni-  
tatis & ma-  
litiae actuum  
statuens in  
conformati-  
te vel diffor-  
mitate ad  
rectam ra-  
tionem.

**C**ommunissima sententia est, ideo aliquid esse bonum vel malum, quia est conforme vel difformis recte rationi, dictanti illud bonum esse vel malum: ita opinari videtur Molina 1. p. q. 5. Salas hīc, Disp. 2. sect. 5. & alii plurimi. Contrā primō: ideo enim recta ratio, sive humana, sive divina judicat aliquid esse bonum vel malum, quia est bonum vel malum, sicut ideo judicat rem ita esse, quia verè ita se habet, ergo antecedenter ad hoc dictamen recte rationis est bonitas aliqua & malitia in rebus, de qua inquirimus unde desumatur; nec enim ab hoc dictamine desum potest, nisi ad summum concomitanter, vel consequenter, quatenus scilicet ratio judicat actum vel objectum esse malum: nos autem hīc radicem primam seu causam inquirimus, unde desumatur hæc malitia. Sic licet si Deus videat Petrum peccare manifestum indicium sit cum peccare, causa tamen cur peccet, non est hæc Dei visio, sed quod transgrediat præceptum Dei, vel aliud hujusmodi. Nec motus primi mobilis cursum Pauli esse longum facit, vel brevem, sed solum longitudinem ejus vel brevitatem ostendit, est verò longus aut brevis aliunde.

III.  
Reddantur  
dum judicial  
objectum esse  
bonum, non

**D**einde, vel illa bonitas reperta in actu aut objecto est aliquid in re ipsa secundum se, vel solum derivatum à recte ratione, & reduplicative, ut nimis illi substat; non secundum, sic enim

recta ratio se haberet pro objecto, quando judi- <sup>habet se pro</sup> cat objectum esse bonum, aut actum aliquem bo- <sup>objecto,</sup> num regulat, quod tamen non est necessarium, actus enim, quo merè representatur bonitas & perfectio Dei, hoc non facit, & nihilominus po- <sup>In his modis</sup> test actum voluntatis regulare, & movere ad <sup>non vitatus</sup> amorem Dei. Si vero dicatur primum, hoc est quod inquirimus, in quo scilicet bonitas illa sita sit. Præterea hīc non vitatur circulus num. 1. positus; ideo enim secundum hos auctores objectum est bonum, quia est conforme recte rationi, ideo verò est conforme recte rationi quia est in se bonum, & ratio, sive humana sive divina, ut suprà dixi judicat, seu dictat sicuti res est, ergo ignotum explicatur per aquam ignotum, aut ignoti-

IV.  
Omissis alijs dicendi modis mihi probabilius vi-  
detur, quod affirmat Scotus in 2. d. 33. Durandus, <sup>Per dicta-</sup> Vasquez hīc, d. 58. cap. 2. Coninck d. 3. de acti- <sup>men rebus</sup> bus dub. 1. n. 16. Salas, Tannerus hīc, Disp. 2. q. 5. dub. 1. n. 13. & recentiores communiter, nempe <sup>nibz ap-</sup> licet negari non possit, quin tum à lege aeternâ, tum <sup>ratori expli-</sup> iudicio & dictamine recte rationis & alijs hujus- <sup>catus bril-</sup> modi explicari à posteriori possit bonitas & malitia <sup>tatis & ma-</sup> actuum humanorum, cum si recta ratio judicet esse <sup>malitia à</sup> bonum, non sit malum, rationem tamen ante- <sup>exponit</sup>cedenter, unde sumatur bonitas & malitia mora- <sup>nitatis &</sup>lis horum actuum aliundē desumti debere, nempe ex convenientiā aliquā vel inconvenientiā actus <sup>conveniens</sup> liberi cum naturā rationali, ita ut ille actus sit bo- <sup>et dis-</sup>num, qui consentaneus est natura rationali, eam- <sup>venientia</sup> que, ut recte auctores citati, simpliciter ornat, ac <sup>actus cur-</sup> illius dignitatem decet: e contrario actus ille est <sup>naturā re-</sup> moraliter malus, qui naturam rationalem simpliciter <sup>tionali.</sup> dedecet, licet secundum quid possit ei interdum convenire.

**R**atio est: quia bonitas moralis; non est bonitas transcendentalis; hæc enim bonus juxta & <sup>Bonitas, ut</sup> malis rebus est communis, & una ex passionibus <sup>qua hic lo-</sup> entis. Est ergo bonus convenienter, & confe- <sup>guntur, non</sup> querenter bonum alteri; nihil autem aliud est, cu- <sup>est bonum</sup> aucto- <sup>transficien-</sup> actus liber sit bonus moraliter, præter naturam <sup>talis, felici-</sup> rationalem, respectu cuius relucet in actu libero, <sup>num evite-</sup> seu morali bono peculiari quædam decentia, qua <sup>sunt.</sup> non relucet in actu necessario: sicut econtra inde- <sup>G</sup>centia, & deordinatio appetit in actu malo. Ut autem actus hujusmodi sit honestus, à varijs pen- <sup>Multa ad</sup> det, ut à modo tendendi, ab objecto, à circum- <sup>bonitatem</sup> stantiis, à modo hæc apprehendendi, & alius hujus- <sup>moralem</sup> modi. Unde ut actus bonus sit & honestus, in nul- <sup>requisitu-</sup> lo ex his deficere debet, nam <sup>malum ex quolibet de-</sup> fectu ut latius in sequentibus declarabitur.

### SECTIO TERTIA.

#### Quid ad bonitatem moralem actus requiratur in objecto.

**C**IRCA objectum ergo notandum sufficere I. ut plurimum ad bonitatem actus, quod ob- <sup>In objecto</sup> jectum sit bonum Physicē, nec præter Physicam in aliud non eo requiri bonitatem moralem. Bonitas autem <sup>requiri</sup> hoc Physica in eo per se loquendo consistit, quod <sup>quid ut si</sup> objectum illud alicui sit simpliciter aliquā ratione <sup>bonum p̄f.</sup> conveniens, seu conducens ad vitam, vel felicitatem: & licet interdum aliquid mali Physici in objecto illo appareret, si tamen bonum, quod cum malo illo in objecto conjunctum cernitur, supereret malum, cique simpliciter præponderet, erit actus